

Geminatio interdictum Epinastis

quidem multoties exprimitur palilogia discretarum vocum, significantium sensu firmitatem: patet eodem cap. Dicitur enim v. 28. Vita vivet, non morietur. Id est, proculdubio vivet. Caterum de eiusmodi Scripturæ Idiotismis Tautolog. sequenti haud obiter agemus.

Vita pro gratia & gloria.

Etiā expandi possunt sensu mystico, accipiendi vitam pro gratia; vel analogi o, vitam pro gloria. Uterque sensus est in periodo Christi Matth. 19. v. 17. Si vis ad vitam ingredi, serena mandata. Pro gratia tantum, Ioan. 10. v. 10. Ego veni, ut vitam habeant. Pro gloria, ibid. cap. 5. v. 2. Alij in resurrectionem vita. & Plal. 33. v. 13. Quis est homo, qui vivit vitam? Id est, gloriam. Itaque vivens vivet. &c. inuit, gloriosè, & in æternum vivet: igitur habebit gratiam, & gloriam, quæ reapse vita sunt.

Vita id est, vita incus da. Sophoc.

Denique per Epizeusum nomine vitæ signatur vita incunda, ut supra ostendimus num. 23. Aulus Gellius in Synopsi cap. 1. lib. 1. Noct. Atticar. ait: Quam vitam inter homines viveret: id est, iucundè, & placidè: Sophocles in Antigone, Nam nulla, cui mentem voluptas recreat, Non vivere herclè existimo.

Enn.

Pro quo Ennius: Sine amicitia non vivitur vita vitali. Ubi, ut patet, Epizeus exprimit parvi momenti, seu non vitalem vitam esse, qua amare vitur, & agrè molestij fertur. Dicere igitur vita vivet, vivens vivet, idem est, ac iucundè, gloriose, secure, ad placitum, sive ad votum. Unde Terent. in Heeyr. Act. 3. Sc. 5. v. 11. Vixit, dum vixit, bene. Donatus ibid. Sententia hortantis est ad delicatè vivendum; & Catull. Vivamus mea Lesbia, h. e. Vivamus genialiter: Est aliquando geminatio portendat duntaxat tempus vitæ. Plaut in Pers. Act. 4. Scen. 3. v. 14. Dum vitam vivas, & in Mili. Act. 3. Scen. 1. v. 34. Diu videor vitam vivere. Si hæc non placent; selectiora pluri habebis, oculis amplectar, gratæque pro beneficio perpetim agam.

Eccli. 48. 11.

26. Restat investigandum illud Eccli. Nos vita vivimus tantum, quasi alij aliter viverent. Plures legunt, Vivemus, distorte admodum: quippe illo tunc cum præcurfor Elias venerit stricti iudicij, non tantum Iudæi, sed omnes cetero vivunt: vel quoniam cuncti post revocabuntur ad vitam; vel quia ante discussionem (velamen modò est super cor eorum) conventurum. Hæc est enim vita aterna, ut cognoscant se solum Deum verum, & quem missi Iesum Christum: ut dicitur Ioann. 17. v. 3. Cum autem (Israël) convorsus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. 2. Cor. 3. v. 16. Quo sensu, non tantum illi, sed alij vivunt; quorum obruti sunt sensus.

Herm. Kiss.

Nos vita vivimus tantum. Huiusmodi encomiastica periodus comparatio est (haud quaquam quia anima rationalis cum corpore evanescat, sicut asserbant Sadduceæ & post Hermannus Kissuich Hollandinus: quod refutavimus num. 151.) inter Iesum Sirachum, & mirificum Eliam: quatenus ille notus tantum in vita, zelator verò Israëli etiam post transitum: patet ex contextu; Post mortem autem, ait, non erit tale nomen nostrum. Vel quia si vivimus, alijs vivere debemus; ac post fata alijs prodesse non possumus: unde Haye in Bibl. Max. ait: Solum nos hoc brevi tempore profumus alijs. Elias etiam post raptum demonstrat iugiter zelum, & populo consulti. Constat enim epistola eius 2. Paralip. 21. v. 12. licet Caietanus inficitur Thesbitis esse. Quocirca vide Sanctium, & Alapide hic, & in Eccli. cap. 48. & denique Antonium à Matre. Dei in Pnelud. Ipagog. 1. Dubio 7. Digressio num. 129. Proin aptior, quia proprior sententia sensus in Eliam erit: neque nomen, neque vita, neque doctrina, scripta, gesta & portenta aliorum (quid nostra?) tuis sunt paria: imò longe dissimilia. Ita Lyra hic. Nos nomen habemus, si habemus; dum vitæ vivimus, tu verò cursus; & auriga Israëli, famâ inclyta frueris, vel assumptus à nobis. Fama igitur & nominis celebritas dicitur vita post mortem. Ennius in Epitaph.

Hay. Elias etiam post raptum Israëli consulti.

Lyra. Fama vita post morit.

Nemo me lacrymis decoret, neque funera letet: Faxit: Cur? Voluita vivens per ora virum.

Enn.

Ovidius lib. 4. de Pont. Eleg. 16. Non solet ingenij summa nocere dies, Famaque post cineres maior venit, & mihi nomen, Tunc quoque, cum vivis annumerarer, erat.

Ovid.

Horatius lib. 1. Carm. Ode 30. Non omnis pars moriar, magna que pars mei Vitabit Libitinam.

Horat.

Alijs auctoritatibus superfedeo: videris, dum opus, Martiale lib. 5. Epigram. 15. Propert. lib. 3. Eleg. 1. & Ovidium lib. 15. Metamorph. in fine operis.

Satis

27 Satis ergo. Plura scitu digna excitari in litera possent, v. g. Cur unum tantum hominem Deus creaverit, & animantes in suo quoque genere plures? Lege Augustinum lib. 12. de Civit. Dei cap. 21. si lubet scire; ac circa corpus & animam hominis gravissima hercl: tum Philosophica, cum Theologica D. Thomas subtiliter (si unquam alius) plura disquirat. 1. p. q. 75. & sequ. usque ad 100. Unicum, quia singulare discutitur dubiolum: nimirum, An animæ rationales omni ex parte sint æquales, par earum conditio, dignitas, & præstantia; & consequenter: Utrum Homines distinguantur specificè, vel numericè? Nonnemò Caro barbatus his auditis, Troglodytica bile, turbulentsimè, quod Ceylo Ulysses (ut asserit Plutarchus ubi infra) festivèque dicit: Papa, acutus mihi videris Grylle sopifisto. Proh! Nec mihi quadrupes damnosus ignibus illis, Quos in pectore habent, quos arè, & naribus efflant, In promptu regere est.

Hem quanti canes!

Sed peragit cursus surda Diana suos.

28 Aliqui DD. quasi absurdum, in controversiam adducere nolunt, An omnes animæ intellectiva conveniant in naturam unius speciei, quam ex æquo participant? Siquiden inconcussum apud omnes: sed duntaxat, Utrum commanem illam naturam per differentias individuales ita contrahant, ut omnes quoad suam quidditatem singularem æquè perfectæ sint? (Verum vix intelligi, differentia hæc, quam individualem vocant, quid à specifica differat? Non ego tantum, sed & Doct. Lorinus ambigit cum in Philo sophia, tum in Comment. super Sapientiam cap. 8. vers. 19. Quo pacto potest astrui, animas naturam unius speciei ex æquo participare, ubi quoad suam quidditatem singularem (in qua relacet convenientia, vel dissimilitudo) constituantur perfectiores, & imperfectiores? Non enim (asserit D. Thom. 1. p. q. 85. art. 7.) propriè dicitur aliquid magis, vel minus æquale. Si in quidditate singulari æquè perfectæ non sunt, neque in ratione communi erunt: siquidem uti supponit idem Angel. D. ibid. q. 75. art. 7. In substantijs incorporeis non potest esse diversitas secundum numerum, absque diversitate secundum speciem. Sicut genera contrahuntur per differentias específicas inæqualis, quæ in eadem natura constituant singulares species. Hinc intelligere, quod ut quid prædicatur de omnibus; ut quæquid prædicari potest de hoc, & illo, cum absurdum non sit, quod in unico individuo contineatur species, ut patet in Angelis.

29 Hanc sententiam, nimirum, non esse æquales quoad suam quidditatem singularem, ex Theologis, amplectuntur Capreolus in 2. Sent. Distinct. 32. q. 1. Ioann. Maior ibid. q. 2. conclus. 6. Richardus q. 1. circa 4. principale. Egidius q. 3. Lichetus in 1. Sent. Distinct. 3. q. 1. Ferraricens lib. 1. contr. Gent. cap. 3. Javellus 8. Metaphys. q. 6. Caietanus in 1. p. q. 85. art. 7. Huc accedit auctoritas Doctorum Parisiens. in quodam articulo (relato à Lorino ubi supra, ab Henrico Gandavensi Quodl. 3. quæst. 5. & Durando in 2. Sent. Dist. 32. quæst. 3.) asserentium: Si quis dixerit omnes animas ab origine esse æquales, errat: quoniam alias anima Christi non esset perfectior, quam anima Iudæ. Etiam D. Thom. in 2. dist. 21. q. 2. art. 1. ad 2. astruit animam Adami digniorem, & excellentiorem, quam animam Evæ. E Medicis descendit acerrimè Levinus Lemnius lib. 1. de Occult. Naturæ miræ. cap. 13. licet memoriæ casus lib. 2. cap. 2. dicat: Mox siquidem hominis omnium rerum scientiam in seipso complectitur, sed mole corporis, densisque humoribus oppressa, non facillè elucescit, eoque ut ignis cineribus obscurus excitari, fovèri que possulat, quò se proferant ingenij nobis igniculi, naturaque lumen respiciant. Sic igitur quando divina hæc potiorque hominis pars anima concutitur, morbi que exagitat, ea profert, que in intimo recessu ingenij nobis igniculi, naturaque lumen respiciant. Sic igitur quando divina hæc potiorque hominis pars anima concutitur, morbi que exagitat, ea profert, que in intimo recessu ingenij nobis igniculi, naturaque lumen respiciant. Sic igitur quando divina hæc potiorque hominis pars anima concutitur, morbi que exagitat, ea profert, que in intimo recessu ingenij nobis igniculi, naturaque lumen respiciant. Sic igitur quando divina hæc potiorque hominis pars anima concutitur, morbi que exagitat, ea profert, que in intimo recessu ingenij nobis igniculi, naturaque lumen respiciant. Sic igitur quando divina hæc potiorque hominis pars anima concutitur, morbi que exagitat, ea profert, que in intimo recessu ingenij nobis igniculi, naturaque lumen respiciant.

30 Seneca Epist. 58. ait: Homo genus est. Nec sibi adversatur, uti hic placuit Iusto Lipsio, quippe si ibidem etiam speciem nominat, est ex mente Aristotelis, de quo meminit: & etiam quia cum sit & species subalterna & infima; homo haud ut infima, sed ut species subalterna concipitur, quæ quidem est genus respectu inferiorum, ut constat eius exemplo. Homo (ait) species est, & canis species. Canis ergo genus est, ut per se patet: species enim generis sunt catellus Gothicus, Melitæus, veragus, seu ligur, auxiliaris, sive Hybrida, & denique molossus seu pæcarius. Non aliter homines. Quam ob rem Petrus Sartyr. 5. ait v. 52. Tom. 1. Taut.

August. An anima rationales sint dignitate & conditione paræ

Plotarch.

Ovid.

Andr. Alciat.

Perperam si imperfectiores, & perfectiores quoad quidditatem singularem, æqualiter contrahant rationem commanem.

D. Thom.

Idem.

DD. Parif.

Anima adni excellentior, quam Evæ.

Lev. Lemn

Plat.

Senec. Iust. Lips. Homo genus est. Senec. Canis genus est.

Adilla

Mille hominum species.

Perf. Multa hominum species.

Quippe cum ex operationibus singularibus innotescat singularis forma, ut liquet in canibus sic in studiis hominum. Nec valet cultura, igitur quantumvis strenuam operam adhiberi contingat, casum esse propositum: non enim cuiusque anima cuiusque eruditionis capax est. Unicusque datur manifestatio spiritus ad id quod expedit (gratia quidem non adverteat naturam, sed conformatur) ac varie hominibus sunt delegatae functiones, quas Deus pro suo arbitrio cuique distribuit, dividens singulis, prout vult: ita sua cuique propria, ac peculiaris anima, sed non pari dignitate, non eadem intelligentia, nec intelligendorum habitudine. Accipiunt sanequam omnes de uberrimo fonte, verum alij alia affluentius, igitur hinc quinque, illi duo, alij unum duntaxat traditur talentum. Alia est enim claritas Solis, alia claritas Lunae, & alia claritas Stellarum. Ut stellae animae fulgent in caelo terrestri corporum; & alia est alia clarior, conditione potior, & dignitate praestantior. Ut autem facies & funalia alia alijs magis splendescant, lucisque plus exhibent; sic anima cuiusque splendor dissimili ratione elucescit, variaque se proferunt mentium discrimina. Haec Lev. Lemnius ubi supr. Unde Seneca Epist. 113. ait Inter cetera, propter quae mirabile divini artificis ingenium est, hoc quoque existimo, quod in tanta copia rerum nunquam in idem incidit. Etia quae similia videntur, cum contuleris, diversa sunt. Nec displicet, quod absurdum arbitratur Durandus ubi supr. scilicet quod unus dicatur plus homo, quam alius, sicut ignis plus ignis: igitur ignis alius alio calidior, & pro nutrimento, proleque fomite urentior: inquit Lemnius.

Lev. Lem.

Seneca. Homo plus homo, quam alius. Lemn.

Alex. ab Alex. Rusticus non dicitur bellum. Deuter. Rom.

Homo bestialis non homo. Plutarch.

Plin. Homo animal politicum. Plutarch. Mart.

August. Homines non sunt, qui non ut reliqui sunt. Idem. Plin. Homo capite canino. Idem.

A&.

Chald.

31 Allipulatur cogitari Alexander ab Alex. lib. 6. Genial. Dier. cap. 4. ubi sic loquitur: *Dij nempe ruris, & agricolarum, quos homines, & rustici coluunt.* Nota, *Homines & rustici.* Haudquaquam quod rustici non essent homines, sed quod essent homines alterius ordinis, speciei, & infimae classis. Doctor Gentium recolens obiectionem Dei dicentis Deuter. 32. 21. *Et in gente stulta irritabo illos;* sic interpretatur ad Rom. 10. v. 19. *Vos aduocam in non gentem belluas, & canes, inserit Alap. hic in gentem insipientem, id est, non homines, ut fere omnes exponunt.* Igitur licet homines essent, erant homines bestiales, & bestiales non sunt eiusdem speciei homines. Rationem, nimis paradoxum roborantem, obtendit Plutarchus libell. *Quod brutae animantes ratione utantur.* Sic enim decernit: *Neque enim bestia arbitror, dissociationem cum bestia tantam esse, quantum ab homine in sapiendo, ratiocinando, & reminiscendo, discedit homo.* Exempla cum onere prudentum pullulant: & iuxta Aristotelem, in concussum, distincta speciei esse eorum, & canemque tantam non habent diveritatem inter se, quantum ab homine rustico distat homo.

32 Intellectus igitur est id, quod est formalissimum in homine: haud recte homines possunt esse eiusdem speciei, ubi unus est magis homo, quam alius, maiore intellectione in esse hominis formalissime constituitur: igitur differentia formae causat differentiam speciei, & nequit esse formaliter eadem, qua discedit ab similibus homo ab homine. Regio est, quae vocatur *Abarim* (ait Plinius lib. 7. cap. 2.) *in qua silvestres vivunt homines, aversis post crura plantis, passim cum feris vagantes.* Homines nuncupat, sed silvestres: at silvestres erant, sicut ceteri homines? Cum feris habitatio illorum. Ergo ferax *Homo* (proferat Plutarchus libell. de *Nativa in progeniem charit.*) animal politicum estimandum non politicum, animal tantum. Propterea caput Cronum Martialis dicens lib. 7. *Epigram. 86.*

Cronus similem Cercopithecum amat.

Nec faveat effugio crisis Augustini lib. 16. de *Civitate Dei* cap. 8. ubi ait: *Aut illa, quae talia de quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt: aut si sunt, homines non sunt: aut ex Adā sunt, si homines sunt.* Fatemur quidem homines: sed homines non sunt, qui non ut reliqui homines sunt. Non itaque nobis *videri absurdum debet* (dicam cum ipso ibidem) *ut quemadmodum in singulis quibusque gentibus quaedam monstra sunt hominum; ita in universo genere humano quaedam monstra sint gentium.* Ita enim statuit Plinius ubi supra, narrans: *In multis autem montibus genus hominum esse capitibus caninis* (Cynocephalos vocant) *pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu, & aucupio vesci.* Et ne quasi rara avis in terris apud nos hoc, vel illud, indicaretur monstrum, inquit: *Horum quasi centum viginti milia fuisse.*

33 Ex quo colligitur inter homines non computandos, quantumvis habeant naturam hominum: id est, non esse eiusdem hierarchiae cum reliquis hominibus, sed sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. De primo homine (ex quo omne genus hominum, uti ait Paulus *A&tor.* 17. vers. 26. *Perpenderis Omne genus hominum,* quo sensu fere omnes & Sacri & Profani vocant *Genus humanum*, quod constat ex diversis speciebus hominum, vel hominibus diversarum specierum) dicitur, ut vidimus (supr. *num.* 22. quod factus sit in ani-

mam loquentem: nimirum verbis exprimentem se hominem, & ostendentem congenitam rationalitatem. Loquetur ne latrans? Lingua potius canum, quam hominum, vel in sententia asserentem irrationabilibus proprias inesse voces, quod delirium arbitror; igitur facilius est dicere grunnum, mugitum, balatum, gannitum, &c. Incepte igitur dicitur homo, qui conceptus, est rudes Minerva pinguis, & bardae mentis, verbis haud exprimit, sed latratu promit. Felix erit lingua profecto, quae thesaurum verborum omnium continet in baubarum.

34 Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est: ait Seneca Epist. 76. cui conclusioni favent plures videndi apud Iustum Lips. in *Manud. ad Stoic. Philosoph.* lib. 2. Differt. 17. Si proprium; convenit omni, soli, & semper. Dicemus ne, inspectis agrestibus, hominis non esse proprium? Perperam. Quid ergo? Modò non fuerit perfecta, erit homo, quia est ratio; verum nequaquam erit perfectus homo: & cum penes perfectum, & imperfectum sit specierum diversitas (videbimus infra) erunt utriusque diversae speciei rationales, quique fuerit diversae intellectio. Ait tunc idem ibid. ubi subdit: *Id ergo in hominis proprium, solumque est: quo probatur, & improbat.* Probatur si habuerit, sin autem, reprobat. tanquam non homo. Unde Diogenes Cynicus interrogatus: *Ubinam Graeciae homines vidisset? Heredè, ait, nusquam.* *Lacedaemone tamen pueros vidi.* Haec Laertius in *vita Diogen.* Adhuc enim in viris non pueritia, sed quod gravius est, puerilitas remanebat. *Habebat inquit Quintil. lib. 1. instituit.* non tam secundum naturam hominis eduntur, quam prodigiosa sunt corpora, & monstra insignia. Quapropter Isai. 45. v. 10. dicitur *Patri, quid generasti? Et mulieri: quid parturisti?* Quid ex hominibus, nisi homo? Prodigiosa corpora, & monstra insignia. *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges:* dicitur à David. *Psal. 72. v. 20.* siquidem hominum nil habent praeter imaginem: & in pluitibus, nec relucet imago.

35 Erunt ne eiusdem conditionis hominum, si homines, Astomi gens sine ore, corpore toto hirta, velita frondium lanugine, & tantum halitu vivens? Erunt Arimaspi, singulis cruribus? Erunt Sciopeae, qui in maiori ætu, humi resupini iacentes, umbra se pedum protegent? Erunt, qui sine cervice oculos in humeris habent? Erunt quadrupes, licet humana facie? Erunt Satyri, & Fauni, cubitales, seu Pygmaei? Erunt, qui labium inferius ita magnam habent, ut totam faciem illo contegant, & pro libito demugant? Erunt Ippopedes, equinos pedes habentes? Erunt ubi feminae barbatae (sicut simulachrum Veneris, apud Vincent. Chartar. in *Vener.* fol. 303. & Luna, quae Lunus ibid.) barbatae, inquam, usque ad pectus, sine crinibus capite plano? Eximia prorsum feminatum pulchritudo! Nec Cleopatra speciosior culcitrala adducta in Caesaris regiam. Vide Lips. in *Monit. Polit.* lib. 2. cap. 2. Erunt, qui quasi scarabaei de stercore, & bufones in tempore æstivo nobium putridis guttis nascuntur? *Non aliter* (inquit Artmannus Schedelus in *Chronico. at. mundi.* 2.) *in solitudinibus Africa hominum species obvia subinde sunt, momentoque evanescent.* Ita homines ex fungis natos, decantavit Ovidius *Metamorph.* lib. 7. *Fabul. 20.*

Hoc ævo veteres mortalia primo Corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.

Fabulae Mythologiae aperuit Natalis Comes hic dicens: *Ex fungis natam nam fungi proverbio dicuntur stolidi & stulti.* Erunt denique homines, de quibus Silius Italicus, lib. 2. de *Bell. Punic. & Horat. lib. 2. Epist. 2.*

Barbara nunc patrijs ululantes carmina linguis, Nunc pedis alterno percussa verbera terra, Ad numerum resonans gaudentem plaudere cetras? Hæc rabiosa fugit canis, hæc latulenta vult sus: Inane, & versus tecum meditare canoros.

Quid femina? Virorum vivida simulachra & specula: atque cultior, & comptior; Dearum Silvarum adinstar, in tesquis Faunorum amasia,

Virginis os, habitumque gerens, & virginis arma, Namque humeris de more babillem suspenderit (arcam) arcum Nuda genu, modoque sinus collecta fluentes.

Virgil. lib. 1. *Aeneid.* v. 319. Quid non vincant sagittis, si ita feris? Quin retorqueamus Vatis mentem, de genio, de ingenio, habitu, victu, cultuque tam illorum, quam illarum *Satyr. 6. Y. 1.* ita serio Iuvenalis:

Credo pudicitiam Satyrno rege morantem

Homo non sicut fera vivens.

Senec. Iust. Lips. Ratio perfecta proprium hominis.

Idem.

Diogen. Homo bestialis non homo. Quintil. Isai.

Psal.

Quaedam nationes monstrae.

Vincent. Chart.

Lips.

Artmann. Sch.

Ovid.

Nat. Comes

Sil. Ital.

Horat.

Virgil.

In terris, visaque diu, cum frigida parvas
 Præberet spelunca domos, ignemque, laremque,
 Et pecus, & dominos communi clauderet umbra:
 Sylvæstem montana torum cum sternebat uxor
 Fronibus, & culmo, vicinarumque ferarum
 Pellibus: haud similis tibi Cynthia, nec tibi cuius
 Turbavit nitidos extinctus passer ocellos:
 Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,
 Et saepe horridior glandem ructante marito.

Vide etiam alia hominum monstra apud Augustin. de Civit. Dei. ubi supr. Isidorum lib. 11. Etymolog. cap. 3. Ulysem Aldrovandum, Fortunium Licetum, & Georgium Schenckium de Monstris: & denique Plinium loco cit. qui ita concludit: *Hæc & alia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula ingeniosa fecit natura.* Proinde si huiusmodi monstra homines sunt, erunt homines ludibria hominum: de quibus merito potest dici, quod Psalm. 21. v. 7. *Opprobrium hominum, & abieccio plebis.*

Ludibria natura sui Plin.

Psalm. 7. Opprobrium hominum, & abieccio plebis.

Ioan. Tex. Psalm. 7. Homines, & iumenta salvabis.

Hieron. Lorin. Alap. Jerem.

Eccle. 37. Quo disceptatur, ad intelligentiam difficilis testimonij Ecclesiastes cap. 3. v. 19. quod Doctorem torfit ingenia.

Gregori. Magn.

Eccle. Homo stultus dicitur iumentum.

Hieron. Eccle.

Cur non dicitur stultus hominis?

Plutarch.

Plaut.

36. Hæc enim mente plerumque homines bambaliones (vulgo *Badeas*) silvestres, stupidi, qui nec literam fortis de quibus amplius theatrum ubique gentium, quam apud Ioannem Ravif. Textor. in *Officin. lib. 4. cap. 11.* vocantur iumenta. Hinc illud Psalm. 35. v. 7. *Homines, & iumenta salvabis.* Tum Lorinus hic, cum Cornel. Alapide in *Eccl. 3. v. 21.* ex Hieronym. qui dicit: *Homo est vir eruditus, iumentum rusticus;* interpretatur de rusticioribus, & doctioribus: ac eruditus, & simplicioribus: quippe sicut irrationalia, vel respectu rationum hominum, dicuntur tantum animalia, non aliter stolidi collati cum eruditis, possunt dici iumenta. Quæ de re orbis universus, sicut domas Iuda, & Israel apud Jerem. 31. v. 27. seminat *Semine hominum, & semine iumentorum.*

37. Quo disceptatur, ad intelligentiam difficilis testimonij Ecclesiastes cap. 3. v. 19. quod Doctorem torfit ingenia. *Unus, ait, interitus est hominis, & iumentorum, & æqua utriusque conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, & v. 20. Omnia pergunt ad unum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter revertentur.* Denique subdit *vers. 21. Quis novit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum?* Hæc Salomon. Ingeniosè Gregorius Magnus interpretatur lib. 4. *Dialog. cap. 4.* quasi Salomon in huiusmodi scena tot personas diversarum cogitationum susciperet, quot sententias cogitaret. Sed tanti Patris, & eximij Doctores pace, arbitror, non Athei personam suscipere, sed contrarietionem facere hominum rusticorum simplicitum, albis visceribus, & barba Minervæ: ac sapientium peritorum mente perspicua. Abre ergo cum sit mortalis, de spiritu iumentorum dubitaretur, utrum descenderet deorsum, cum non ascendat, nec descendat. De corpore, & spiritu hominum agit. De corpore, dum dicit: *Omnia pergunt ad unum locum.* De spiritu, ubi ait: *Quis novit, utrum deorsum, vel sursum?* Id est, quis poterit scire hominis exitum? Sicut cap. 9. v. 1. dicit: *Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit.* Quapropter Hieronymus in *Ierem. cap. 3.* profert: *Nonnunquam evenit, ut rationalior, & eruditus in scripturis (id est homo) non circumspiciat, & ut scientia sua dignum esse, vivat, & ducatur ad inferos; & simplicior quisque rusticior (qui iumentum hominis comparatione dicitur) melius vivat, ac paradisi sit colonus. Idem Salomon ibid. v. 18. dicenda præveniens, statuit. Ut probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs. Iumentum non est simile bestijs, sed bestia. Non de bestijs est dubium, sed de hominibus similibus bestijs, in quibus ignota, vel scintilla rationis, ac de quibus tantum dubitari potest, an descendant deorsum, vel ascendant sursum. Conditio cunctorum æqua: igitur sapientes videntur morientes, & simul insipientes & stultus: quod circa nihil habet (sapienter) homo (stulto) iumento amplius. Nec obstat quod stulti vocentur iumenta, ubi prudentes appellantur filij Adam: licet qui iumenta, filij hominum sunt: siquidem hoc profertur in expressionem stupiditatis intellectus illorum, qui quidem est filij hominum, non videntur homines sicut hi, quorum sunt filij. Ex fructibus cognoscitur arborum: miraturque orbis, posse ex Salomone oriri Roboanum, cunctarum stultitiam gentium: ut dicitur *Eccl. 47. v. 27.* sicut econtra ex stupido nasci sapientem, quod callide Gryllus obijciens, invenitur in Ulysses. *Quid nonne te dicemus Ulysses? Annon adeo sapientem, atque excellentem esse Sisypho esse procreatum?* Hæc Plutarch. lib. *Quod vult, &c.* Quapropter recte, & competè vocantur iumenta homines silvestres, quoniam nec nunciat in verbis ratio, qua cognoscantur specimina hominis. Quidam homines, si ut canit Plautus in *Stult. Act. 1. Scen. 2. v. 7.**

Non Homines videntur, sed fures.

quid si, uti canit Manilius lib. 4. *Astron. cap. v. rim. v. 2.*
 — Mens sua cuique repugnat?

38. Nec novum nomen apud cunctos Scriptores: quoniam quidem plerique ita stupidi, ut in illos retorquere possimus illud Martialis lib. 14. *Epigram. 202.*
Si mihi cauda foret, Cercopithecus eram.

Essent plane iumenta, si foret cauda. *Natura homo mundum & elegans animal: ait Seneca, ut vidimus num. 10.* Erant homines, sordidi, immundi? Nec victus pluribus regionibus absumilis: sicut bos comedunt paleas, & sicut Nabuchus fenum: cum bestijs, ferisque habitant, plaudunt, & ululant: eadem domus, & mensa bipedum & quadrupedum. Vide Ravif. Textorem in *Theatr. Philosoph. lib. 7. cap. 48.* ubi de Gentium & Populorum varijs ritibus, & moribus: Maltoties etiam in sacris eadem hara, & ara. Aptè hic fenum Hieronymi ubi supra, ac in cap. 1. *Isid.* Differit itaque de semine hominum & iumentorum, ac inquit: *Iumentis his hordeum, hominibus triticum.* Dat escam Deus omni carni; verum iumentis, escam ipsorum: & non iumentis utrunque, sed his iumentis hominibus, hordeum destinat Hieronymus; quippequam his iumentis, & iumentis idem cibum. Sauciat ergo animum, quod sicut homines edant & triticum. Hispanicè: *Lastima es, que coman pan.* Non hominum apponenda iumentis his esca, eum sint pascua. Precium utique propter illos augetur panis: Deus igitur produxit fenum iumentis.

39. Stulti hi aliquando sapiunt; & instant alijs, ut æmulentur simis hominum homines. *In deforme viros animal mutavit, ut isdem Distimiles homini possent, simileque videri.*

Concinuit Ovidius lib. 14. *Metam. Fab. 3.* intercentes simul rosas, & coles, lilia & ciceres: affluentes, & refarcientes lagatum Scythicum periodi pittacio rutilo exortæ lingua; gestus, cultus, mores, voces alienigenarum exprimentes, dialectos singulares concinnantes, nugæ dicibala cstantiunt, desipiunt, dicunt mira de lente, unde alij achriogesi: verum nonnumquam lepiduli, mundolii, repoliti, exculiti (quasi sculpti) repunicati; eum sint veterini, trunci, solivagi, silvestres, montani, colligene, hispidi, fetis horridi. Sed quorsum illa? *Ut sciant gentes, quoniam homines sunt.* Psalm. 9. v. 21. *Appositus epiphaphium multa apud Marc. Antec. Muretum: Ore risit, pede iuste, dorso tulit, omnia belle.*

Vel quod festive cogitavit Laurentius Pignorius de Grue infesta porcis, & moribus.
*Hic tacet vetula Grus,
 Cui Mullo confregit erus:
 Gaudet Mus, gaudet Sus,
 Haud vobis iam amplius
 Rostro erit infesta Grus.
 Plorant Domina, & Dominus,
 Quod gracilipes non ludeat plus,
 Grues plangite, Pygmaei plaudite.*

40. Nec dicta nuda fulcro rationis: igitur D. Thom. 1. part. quest. 75. art. 7. in corp. ait: *Diversitas secundam speciem semper habet diversitatem naturalem concomitantem, sicut in speciebus colorum unus est perfectior altero, & similiter in alijs. Et hoc ideo, quia differentia dividens genus, sunt contrarie. Contraria autem se habent secundam perfectum, & imperfectum: quia principium contrarietatis privatio & habitus, ut dicitur *Metaph. 10. text. 15.* Pater ergo rusticum & erudicum esse diversæ speciei: quia scientia, & nescientia, vel ignorantia sunt privatio & habitus. Doctis & doctioribus, rusticis & rusticioribus inest perfectum & imperfectum, quod quidem principium contrarietatis inlicitens distinctam speciem: igitur differentiz, tanquam habitus & privatio, dividentes rationalitatis genus, sunt contrarie. Inter Præcos controversum est, an *Muller inter rationales numeranda?* Agemus *Tom. 7. Tautolog. 1. num. 50.**

41. Ipse Angelicus Mag. confirmat ibid. *Differunt specie, quorum sunt diversæ operationes naturales, ut constat in anima rationali & Angelo: licet convenient in intelligentia, specie differunt; quoniam anima habet inferiorem intellectus gradum, & Angelus superiorem. Quisnam invenitur speciei diversitatem inter Doctos & agrestes, habentes totum celo diversas operationes? Patent siquidem privatio & habitus principium contrarietatis. Magis & minus ex nobilitate, vel ignobilitate formæ diversam constituent speciem, ut patet in Angelis specie diversis secundum magis, & minus intellectus. Vide D. Thom. 1. part. quest. 50. art. 4. ad 2. quest. 62. art. 6. & quest. 93. art. 3. *Finxit Deus sigillatim corpora hominum: id est, animas, ut ait Lorinus in *Psalm. 32. v. 5.* & Pererius in *Genes. lib. 4. quest.***

Martj

Senecæ

Hieron.

Hi hominibus & iumentis idem cibum.

Signa hominum sunt.

Ovid.

Mores bestiarum iumentorum.

Muret. Epiphaphium nulli.

Laurent. Eignor.

Grus.

D. Thom.

Magis & minus quomodo variant speciem?

Psalm.

Lorinus

Pererius

quasi

quasi. 2. num. 106. quippe cuiuslibet animæ contulit singularem perfectionem & dignitatem, qua polleret in corpore. Unde Cicero in *Sonn. Scipion.* ait: *Nec enim tuis es, quem forma ista (scilicet species corporis) declarat; sed mens cuiusque est quisque, non ea figura qua digito demonstrari potest.* Et Diogenes Cynicus fupidorum osor, *Hæus homines, adesse, cum dixisset; congregatos baculo abegit, subdens: Homines enim vocavi, non purgamenta, ita refert. Diogenes Laertius in Cynici vita, & Iustus Lips. lib. 3. Physiolog. Stoic.* Diferentat. 3. Ex operationibus discernuntur perfectio & imperfectio animarum, siquidem illius & talis est esse, cuius est & operari: operationes diferant specie; ergo & animæ.

42. Hac igitur cogitatione Ethnici, & etiam Tertullianus de *Anima, cap. 36.* autumarunt animarum sexum (aliquid levi manu libavimus *supr. num. 14.*) ita ut essent animæ muliebres, & viriles. Quid, si etiam hoc discrimen fonniarunt inter Angelos bonos & malos? Adeundus Bulengerus *lib. 1. de Magia, Tertull. advers. Valent.* August. de *Hæres. & Peterius ad illud Genes. 6. v. 4. Postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, lib. 8. Disput. 1. 2. & 3.* Quocirca astruxerunt Angelum tutelarem hominum esse marem, quem *Genium* vocabant: & mulierum feminam, quem nomine *Iunonis* plaudabant: de quo latè Politianus *Miscel. cap. 84. Tibullus lib. 3. Eleg. 7.* morem huiusmodi ostendens cantavit.

*Est perque suos fallax turavit ocellos,
Iunonemque suam, perque suam Venerem.*

Ac *lib. 4. Eleg. 5.* (De quo latè Iustus Lipsius *lib. 1. Physiol. Stoic. Dissept. 18. 19. & 20.*) *Mutuus adfit amor, tua per dulcissima furta:
Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.*

43. Hæc deliria sunt, inepriæ & nugæ. Reaple de dignitate animarum in corporibus accipienda sunt: quippe cum operationes expriment vivide principij (quod anima) conditionem, intellectus hebetudinem, vel habitudinem; transit præstantia & vilitas animi in enormium, vel defectum animæ. Qua in re in viris haud respondentibus virorum virtuti, dicimus animam (pro animo) esse muliebrem, seu mulieris: atque in feminis à mollitie degeneribus, animam virilem: unde extolluntur merito Heroïdes, vel Heroïnæ. Diferimen inter animam & animam assignat Nonius apud M. Delrium in *Tragæd. Senec. Syntagm. 3.* dicens: *Animus est quo sapimus, anima qua vivimus, & Atrius apud eundem in *Fragm. Veter. Tragicor. Syntagm. 1.**

Sapimus animo, fruimur anima, sine animo anima est debilis.

Quod Nos vernaculo idiomate dicimus: *Alma de cantaro.* Lege Ciceronem *lib. 1. Tuscul. Quæst.* Ex quo ortum ducunt epitheta *Alimarum*, scilicet *Vivacium, illustrium, celestium, volucrum, durarum, egregiarum, degenerium, tenuium, & alla, præter quæ *num. 1. figimus. Lucanus lib. 9.**

————— *Pœnas anima vivaci ab ipsa
Ante feram.*

Virgilius *Eneid. lib. 4. v. 13. lib. 6. v. 758. & lib. 11. v. 24.*

*Degeneres animas timor arguit.
Illustres animas, nostrumque in nomen ituras.
Ite ait egregias animas.
Celestes animas sociam te in lucida tollent
Astra.*

Ita Mantuanus: Iuvenicusque *lib. 1. de Evang. Histor. v. 301.*

Membra forent animæ volucris spoliata calore.

Mant. Iuvenicus. Seneca in *Thebaide, Act. 1. v. 163:*

————— *Hæc vulnera
Recissa multo sanguine, ac tæbe irriga,
Hanc extrabe animam duram.*

Senec. Demùm Ovidius *Metamorph. lib. 14. Fab. 8.*

————— *Et tenues anima volitare videntur.*

Ovid. 44. Similiter ergo, dum transmigrare, domiciliumque commutare dicuntur (quod tamen demus in Pythagoræ Metempsychosî, dicens:

*Mors caret anima, semperque priore relicta
Sede, novis domibus vivens, habitansque recepta.*

Ovid. *Uf refert Ovid, ubi *supr. lib. 15.* Ex quo Faustus Andrelinus fingit,
Iam fueram quandoque puer, quandoque puella,
Arbor, avis, piscis, flammæ inque mari.)*

Fausus
And,

Et homines in feras, saxa, aliaque huiusmodi converti (quo circa consule Fortunium Licetum de *Lucern. Antiq. lib. 2. cap. 57. Nicol. Nancel. in sine Proëmij Analogia Micro. ad Macro. & passim Ovid. in Met. maxime lib. 14. Fab. 8. ubi,
Cæius ab actu variarum monstra ferarum
In iuvenes veniunt, nulli sua mansit imago.)*

Nil aliud est, quam mores humanos converti in belluinos, uti altruunt Basilius *Homil. 10. in Hexæmer. Clemens Alexandr. lib. 4. Strom. Ambros. lib. in Hexæm. cap. 3.* Unde Clemens ubi dudam, vocat hominem revera *Centaurum* (sensu quo Augustinus *Tragelaphum*, idest, hircocervum, quod delicavit Philo Iudæus *lib. Quod deterius meliori insidietur, dicens: Homo biforme animalis iuxta Platonem statuentem in Phædro, duas hominis formas, seu species, quod nos dicimus *Hominem exteriorem & interiorem.* Vide *Tautolog. 5. in Exposit. liter. num. 39.*) eò quod ex anima ratione præditâ, & corpore rationis experte constet. *Hominem te agnoscere nequeo, cum nempe tanquam asinus recalcitres, lascivias autem ut taurus, tanquam equus verò post mulieres inhiat (sive hinnias) ventri tanquam ursus indulgeas, ut mulus carnem impingues, & malum memoriâ teneas velut camelus, porro rapias quidem ut lupus, ac ut serpens irascaris, ferias ut scorpions, sis subdolos ut vulpes, nequitia verò tanquam aspis, & vipera venenum serves. Quomodo è cum hominibus commerare valeam, talis in te natura signa cum non intuar?* Hucusque Chryllostom. *Homil. 23. ad Pop. Antiochen.* Dicere utique possumus cum Ieremia *cap. 4. v. 25. Intuitus sum, & non erat homo. Homo, qui ratio, princeps alterius, ductor, & rector. Mancipium est pars altera, & homo quoque quandiu eam coluerit, & non delixerit.**

45. Penes operationes rudis vel perficacis intellectionis, est animarum diferimen. In hoc causa veritatis, igitur haud habemus, quo æqualitatem, vel inæqualitatem rimemur animarum, nisi per speculam actionum. Hinc cum inter homines aliqui sint ita vivaces, ut videantur animæ sine corpore; & alij ita stupidi, ut appareant corpora sine anima, (*En statua statua, & ductum de marmore marmor.*) Animæ animabus præstantiores videntur. Apud Stoicos ita inconcussam lyntagma (sed sapientia Origenisnum) ut altruunt, quod si anima Ulyssis ingrederetur in corpus Cleombroti, & e contra; Cleombrotus stultissimus, esset prudens & sapiens, at Ulysses insipiens. Quo aperte conitat inæqualis dignitas animarum, conditio, præstantia & decor: siquidem qui bonâ indole, Minervâ dulci & docili, experientia quotidie antecellunt: verum agrestes, & insulsi, ut ait Apoll. Iudas *v. 10. quacunque naturaliter, tanquam nutu animalia norant, in his corrumpuntur.* Si forma forma præstantior ita est, ut specie diferant maiori & minori intellectione; homines perfectò distinguuntur specie: igitur in omnium sententia diferentia sumitur à forma. Ecce paradoxo fundamina, nec inexpugnabilia: verum respondeant, & refutent, quorum interest.

46. Aliqui ex schola Peripatetica astruunt hominum diversitatem ex terra, qua nati, & non à malitia inhabitantium in ea. Iccirco Armanus Schedel ubi *supr. ait: A temperie cœli, & terra;* quippe iuxta conditionem Astroꝝ influentium & qualitatis telluris oriuntur homines vel humani, vel truces sine humanitate; agrestes, vel calcidifideles, vel vatris pudici, vel impudentes; curiosi, vel sordidi. *Plantarum semina & hominum mores solum amulant:* dixit Cyrus apud Plutarch. *Apophthegm. Græc. 3. & glebæ interdum reperitur ita ingrata, ut feminatum triticum commutent in typham, vel in avenam, atque hordeum in lolium & zyzania: quæ quidem apparent diversa species à feminato semine. Arborea quæ aliò noceat, in solo alieno innocua: claret in malis Perficis, quæ apud Arabes toxica, in Hispania verò stomacho amica. Videntur homines, quasi arborea. Si extrâ humum in qua nati, nascerentur; essent certò rationales, qui sunt agrestes. Sarcenis rationis inferendus, ut homo appareat humanus: doctrina namque, disciplinarum femine, colorum apprimè plectrix, in tabula rasa & mortua efficit, ut hominis appareat imago viva.*

Nemo adeò ferus est, qui non miserecere possit.

Locî mutacione opus est translati, quemadmodum transteruntur arborea, apparent homines: sin autem, æmulantur agrestem humum, & ferarum solum.

47. Videor mihi videre in huiusmodi diversitate telluris, quod dicitur de tribus pictoribus apud Ioann. Ravif. *Textor. Offic. lib. 4. cap. 56. scilicet Pyreico, Serapione, & Dionysio. Ille nil præter asellos, Serapion homines pingere non potuit: Dionysius nihil præter homines pinxit.* Haud aliter usavenit multis regionibus, ex quibus signatæ rationes: hæc fert onagros, illa apros, alia asellos producit, alia homines proferunt. Unde hæc hominibus claret insignis, illa porcis, & illa iumentis.

For. Licet.
Nic. Nancel.
Ovid.

Quæ causa
homo Centaurus, seu
Hircocer-
vus?
Cleru Ale.
Phil. Iud.
Flar.
Chryllost.

Ierem.

Animæ ani-
mæ præstati-
onem.

Alciat.

Dogma Stoicorū.

Iud.

Plantarum
semina, &
hominum
mores tellu-
ris qualita-
tem animæ
laetantur.
Plutarch.

Disciplina
pictrix bo-
minum.

Horat.
Et etiam
patris.

Ioan. Rav.
Text.

In

Eccli.

Sapient. Anima rationalis non fuerunt simul creata. D. Thom.

Nationum studia. Kilian. Barcl. Casanhe. Long. Levin. Leman. Ioan. Bocc.

Varietas leuonum.

Epilog. Excurs.

48 In aqua etiam istiusce diversitatis Animarum patet exemplum : igitur amara, ve dulcis variatione meatum & cuniculorum. Nubes eque pluit super arva : et imber aliud operatur in rosa, lilio, naps, rapis & cepis. Flores dicantur animæ, iuxta illud Eccli. 39. v. 19. Florete flores : at flores in rusticis non florent : tellus obitat ingratisima & pugna, ubi quasi sepulta iacet anima. Ad modum recipientis recipitur, ut ait D. Thom. 1. p. q. 75. art. 5. in corp. Unde in terra corporis, quæ florere debebat quasi liliū, pollet nasciturum. Secus verò accidit in terra fativa, & elaborata temperie externorum, & interiorum agentium. Quò intelligitur illud Salomonis Sapient. 8. v. 19. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus bonam animam. Sortitus, haud quaquàm intelligas delirium Stoicorum, de quo supr. num. præced. nec quòd omnes animæ simul creatæ fuerint ab origine Mundi, & detrusæ possint in corpora propter peccata, quòd excogitavit Origenes, in cuius doctrinam invehitur Angel. Doctor 1. p. q. 118. art. 3. Sed quia ex affectione, & temperamento corporis, nactus sit Salomon ad scientias egrègiam indolem, vel quòd in pueritia specimina dederit scintillantis ingenij. Quædam animæ fortiuntur corpora aptioribus organis, quædam ineptioribus : & quòd cuiusque corpus est melius dispositum, tantò quique meliorem fortiuntur animam : uti ait D. Thom. ubi supr. q. 85. art. 7. Anima uti forma corporis ei, quòd facultates commensuratur. Felix haud erit qui corpore vasto. Bona patria fortuna est : beatus qui possidet. Totum sanè momentum discriminis pendet è varijs temperamentis telluris, parentum, alimentorum, regionum, locorum, æris, ac temporum mutationibus, & vicissitudinibus.

49 Si desideratur cognitio Nationum, & Gentium, præcipuè Europæ, cum unaquæque indolem, mores, ingenia, studia, affectusque varios, & pieruque certum quid habeat, dotibus animi resplendeat, vitijque laboret; videndus est Cornelius Kilianus Poëta, Ioan. Jacobus Broissardus, & Ioannes Barclaius in Euphormione, part. 4. Totius Italiæ populorum studiorum differentiam videris apud Petr. Andr. Canonierum in Politia interpret. Aphorism. Hippocrat. 2. Galliz, apud Christophor. Longolium Orat. de Laudib. D. Ludovici, & Francorum. Græciæ apud Levinum de Astrologia usu. Denique consule Ioannem Boëmum. Modò ad feriam, siquidem videor mihi in re confessa perdere operam : ista enim egi, cum placuisset nihil agere.

50 Formavit igitur Dominus Deus. Finit. Hebr. Tigur. Complutenf. & Oleaster. Creavit : Chald. Fecit. Tertullianus. Formaverat, Alij : Hominem de limo terræ. Syriac. & Maluenda, Pulverem de humo. Tigurin. & Lipoman. Hominem terræum. Complutenf. Basilisus, Tertullian. Origenes & Rufin. Pulverem accipientem de terra. Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. Hieronymus, Respiravit. Aquila, Influxit in nasum eius. Vatabl. Caietanus, & Oleaster, In naves eius. Græc. Spiritum vitæ. Vatabl. Spiritum vitalem. Chald. Animam vitæ. Arabic. Auram vitæ. Septuagint. Vener. & Lippman. Flatum vitæ. Caietan. Spiritum vitæum. Onkal. Flatum vitarum. Tigurin. & Maluend. Hælitum vitarum. Et factus est homo in animam viventem. Pagninus, & fecit hominem. Æthiopic. Animal vivens. Tertull. In animam vivam. Onkal. Factus est in homine in spiritum. Syriac. In spiritum vitam largientem. Caietan. In animam vitæ. Maluend. Anima vitæ. Chald. denique. Factus est homo in animam loquentem.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Formavit igitur Deus hominem. Si homo bonus, igitur formavit Deus.
2. Deus hominem. Claret studium in mirabili officio : aliquando Deus homo.
3. Deus hominem. Accedit Auctor operi, verum opus recedit ab opifice.
4. Deus hominem de limo. Mirum, quòd in limo Deum verum dignoscat homo.
5. Deus hominem de limo. Et innotescit in luto?
6. De limo. Mirifica extractio! Si frangitur, possibilibus est conversio.
7. De limo. Et inanis? Limus perfectò est levys.
8. De limo terræ. Est terra purissima, non terra?
9. De limo terræ. Virginis gloria, quòd de terra, purissima.
10. Et inspiravit, ut fieret homo. Haud sanè homo sine Dei spiraculo.
11. Et respiravit. Invenit igitur in quo suspirando, requiesceret.
12. In faciem eius. Vocatio externa. Pleurumque suaviter fortiter inspirat in corda.
13. Spiraculum, flatum vitæ. Hominis vita levissimus status.
14. Spiraculum vitæ. Quid sit vitæ, sine vitæ spiraculo?

Es

- 15. Et factus est. Micat ratio, ergo iam homo.
16. In animam viventem. Viventem absdubie, si haud vivitur insensate.
17. In animam viventem. Vivificantem gratiã, quæ vita vitæ.
18. In animam viventem, in propria di-

- gnitate: igitur vitæ haud vivitur deploso honore.
19. In animam viventem. Præstringitur vitæ religiosa, quæ caret vitæ.
20. In animam viventem. Eligatur igitur vitæ, qua vivat anima.

DIDASCACIA PRIMA.

Homo speculum Deitatis,

Plat.

Pl. 1. 8. 6.

Senec.

Genes. 1. 26. Opus signat arti fierem.

Micat Deitatis gloria ex hominis fabrica.

Mythologia sub iara uti.

1. T A plauditur à Platone in Timæo. Deus ignotus erat Deus. Patet in imagine; ac mirabilis eius scientia ex hominis formatione. Mirabilis facta est scientia tua ex me : decantat David. Vir erat iuxta cor Dei, & claruit scientiæ divinæ studij per hominem divinitatis speculum. Derrudatur ergo Senecæ placitum ascendentis lib. 4. de Benef. cap. 3. Nulla ex nobis utilitas Deo: equidem invisibilia Dei, quæ iure rationales mirantur; per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: præcipuè ex hominis formatione, ubi Plastes micat perfectissimâ imagine. Faciamus (ait) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Formavit igitur : quanam utilitas Deo? Ipse homo. Parvi ne momenti videbitur, quòd hominem formaverit cunctorum præsidem? Solus Deus fecit hominem, ut homines merito mirarentur Opificem. Quasi Deus absconditus secum sibi gloriøse vivebat. Incerata & occulta sapietia suæ manifestare bonitas inibat. Modus aptior eligendus. Quotus quique? Spectabile opus : facere ergo deliberet hominem; ut illum agnoscant suspentes imaginem. Opus enim proprium Dei erat homo, qui dignatus maneribus, dotibus, eius florebat imago. Feliciter Deus quasi voto potitur: intentum Conditor commodissimè assequitur. Nonne factum est multis tanquam prodigium, cunctis portentum, quòd ad dignitatis apicem è pulvere erigetet tantum virum? Nulla Deo amplior confurgit gloria, quam ex hominis fabrica.

2. Haud omnia, quæ scripsit Antiquitas curiosè insana, è libris sensati cordis sine delectu expungenda. Mens oppressa tenebris dicitabat, & metis acumen nec caligo comprimebat. Sanè utcumque sicut tenebræ eius, ita & lumen. Tenebræ erroris (quia traditi in reprobam sensum) radios discretionis adnubilabant per gyrum; ac lumen rationis nõ omninò sepultum. Quod notum est Dei, manifestu est illis. Mala Hesperidum: quam Tom. 1. Taut.

tum auguror) in hara invenies, si separaveris pretiosum à vili.

Acumen ergo significationis scopus sit mentis. Fornix insignis ad incredibilem usque admirationem Septimio Severo Romam ingressuro construitur; atque in monumentum victoriarum fastigium usque statuis venustissimè ornatur. Consilij, & Iustitiæ simulachra inter, statua Augusti Cæsaris eminebat: cæterum epigraphæ novæ, scilicet Iulij Cæsaris. Ita refert Onuphrius Panvinius in Topographia Rom. Cuius, inquires, est imago hæc, & superscriptio? Quomodò Augusti Principis, dum monstratur Iulij Cæsaris? Sunt igitur idem? In regimine sanè. Haud inconsultò permutantur & tituli. Neque enim de Cæsaris actis Ullum maius opus, quam quòd pater exitit huius.

Acciuit Ovidius lib. 15. Met. Fab. 51. Non fuit, sed quòd pater exitit. Nactus est electione, quod non poterat propagine. Laus Iosephi Sponsi Virginius Deparæ rutilat. Ipsa de Spiritu Sancto concepit, & peperit filium Deum. Iosephus pater exitit huius. Nullum maius quit excogitari præconium: negavit natura, & magis coruscet gloria; igitur haud amplior ulla in Iosephi commendationem, quam quòd homo purus eligeretur in patrem.

Intentum Hieroglyphicorum fuit & Insistia dotum electi ad Imperij dignitatem, & Consilium prudentissimum eligentis Augusti, in ipsius dignitatis splendorem. Quis Cæsar fuisset, non qualis, ignorabant quamplurimi, fornice apicientes : & dextrè imaginum invertuntur inscriptiones; ut ex instrumentis spectabilibus electi Augusti ad sublimioris principatus apicem, & illius commendarentur, qui tantum virum sublevavit in principem. Magna gesta Cæsaris, igitur dux est factus urbis, & orbis : verum cum ex iustitia electi Principis, consilium clarescat suffragatoris; de Cæsaris actis nullum maius opus, quam quòd pater exitit huius. In

Nomen Iulij Cæsaris inscriptum statuæ Augusti.

Onuphrius Panv.

Ovid.

Iosephi Sponsi Virginius exitit huius præconium.

Ex dotibus electi ad fastigium dignitatis, rebus auguratur et huius suffragatoris.

K

lan